

46° CL. PTOLEMAEI


ALEXANDRINI SOLSTITIORVM ET AEQVINOCTI
orum tempus, Anni quantitatem, Solis in eadem puncta ingressione, eiusq; Medium motum, Luminariorum & Planetarū Motus Aequalis & Apparentis diuersitatem, Radicis motus alicuius constitutionem, Diei naturalis Aequalis siue Astronomici, Diuersi quoque siue Apparentis discrepantiam,
Horum & Causas & Modos indicando serie edocet.

Liber I I I.

*Ingressum solis in punctum æquinoctij instrumenti, adiutorio
colligere. Propositio I.*



Isponatur quadrās A B C in superficiæ meridiana, sicut in 16. primi huius ostē sum est, cū eo prope æquinoctij tempus, quod facile ex meridianis altitudinibus cōjicies, obserua. Note nāq; prius tibi sunt per obseruationes tuas regionis tuæ altitudo, maxima solis declinatio, etiam ad singula puncta ecliptice declinationes ipse. Ideo si aliquo die altitudo meridiana fuerit prēcise cōplementum altitudinis poli in tua regione, scito eo die in meridie æquinoctium esse. Per altitudines autem meridianas proximo maiores, & minores cōplemento altitudinis poli, si nulla altitudo meridiana prēcise equalis sit cōplemento altitudinis poli, reperies horam ingressus solis in punctum æquinoctij sic.



Anni quantitas
Iacynthini velij

Issimos Aegyptios est. 365 $\frac{1}{4}$ vienn & 130 partis diej. tantum uenit,
temporis a reditu O ad secundum stellam fixam.

130 pars viij continet 11 mi. 36 fpm. 55 zaria.

Si fuerit iuxta uernale, pro quolibet
minuto differentiæ minoris altitudinis meridianæ & cōplementi altitudinis poli unam horam accipe, horisq; à meridiæ præcedentis æquinoctium numeratis fit talis ingressus. Si autem iuxta au-
tumnale fuerit, tot horis à meridiæ præ-
cedente equinoctium cōputatis, quot sunt minuta differentiæ maioris altitudinis meridianæ & complementi altitudinis poli, fiet ingressus in æquinoctium. Tale tamen obseruationi aut
nali magis conuenit, quia tunc aér pu-
rior fit. Ingressus uero in puncta tro-
pica difficultioris sunt obseruationis,
propterea quod tunc declinatio solis parum & insensibiliter uarietur, propter quod ferè ad quatuor dies eadem altitudo solis meridiana maneat. Sed
ingressus in æquinoctij puncta, magis
huc rei cōmodi sunt, quod tunc decli-
natio solis multū uariet, sic ut altitu-
do meridiana in die 24. minutis unius gradus uel augeat uel minuatur.

Anni quantitatem per obseruationem elicere.

Propositio II.

Diuersi diuersas circa anni quantitatē considerationes habuere. Yetustissimi enim
Aegyptiorū anni solare re
ditionē solis ad aliq; stellarum fixarū esse dicebat. Inuenerūtq; id fieri in 365.
diebus, quarta diei, & 130. parte diei.
Verum hæc anni assignatio non con-

uenit,

tantum frāb

Deutsche Forschungsgemeinschaft